



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 69. Cæsar is postulatum circa Calicis usum a Papa Cardinalibus propositum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

**Sæcul. XVI.** suo diplomati libellum a quibusdam Do-  
A.C. 1564. ctoribus Catholicis compositum adjun-  
xit, eo sine, ut in præsenti Germanie  
statu ejus preces recusari haud posse  
ostenderet, cum aliunde ambo Cardi-  
nales Moronus, & Lotharingius hujus  
indulgentiæ spem fecissent, ac præpri-  
mis pariter Archiepiscopi S.R. J. Ele-  
ctores id vehementer exoptarent. (\*)

### §. LXIX.

#### *Cæsar is postulatum circa Calicis usum a Papa Cardinalibus propositum.*

*Pallian. c. 12.  
num. 8.* Itaque summus Pontifex die decima  
quarta Julii habitu Purpuratorum Se-  
nat uocato hoc Cæsar is postulatum Cardina-  
libus

(\*) Quam agendi rationem Albertus Ba-  
variæ Dux circa Calicis usum tenuerit, lu-  
bet percipere ex Adlzreiter Annal. Boic. t. 2.  
lib. II. n. 22. *Albertus*, inquit ille, comperto  
Patribus Tridentini Concilii non fuisse pro-  
batum Calicis usum in Sacrosancta divini e-  
puli communione, nihil ultra instantium re-  
fus, ab ulteriore ejus petitione prorsus ab-  
stinuit, tametsi non deessent Principes, viti-  
que magnæ auctoritatis, qui Pontificem ea  
super re adiuvandam putarent: immo cum Pius  
IV. Pontifex petente Ferdinando Cæsare,  
quod

libus exponebat, ac plures rationes, quibus hæ preces nitebantur, proferens inter alia significat, quod ejusmodi repulsa non modo ad deferendam fidem Catholicam, sed etiam ad abbiciendam Christi Religionem, proin ad Paganorum festam fors tota Natio adigi posset.

Sæcul. XVI.  
A.D. 1564.

§. LXX.

*Calicis usus Germanis concessus.*

**H**is dictis Pontifex prosequebatur: *Pallav. l. c.*  
„Plures Cardinales, atque Epi- *Rayn. v. 35.*  
scopi, ut desuper suas sententias se- *Bouffet*  
„creto proferrenr, rogabam, quamvis *traité de la*  
„vero ab omni novitatum genere ma- *Commission*  
„xime abhorream, nihilominus ex eo- *lex deux*  
rum a. 7. sur la *espèce 1. p.*  
*fin.*

quod crederet Religionis in Germania ad la-  
plum inclinatae ruinam communicato eum lai-  
cis usu Calicis posse prohiberi, quibusdam Epi-  
scopis facultatem esset largitus, calicis pro-  
miscue propinandi, Albertus eam indulgen-  
tiam juris publici in Boica esse noluit, ratus, lon-  
ge salubrius esse cum ceteris Ecclesiis perstare  
intra fines a Concilio dictatos, nihilque de-  
sciscere a ritu, & rationibus priscæ avorum  
Religionis. Si qui contra molesti deprecato-  
res intercedebant, ut violentius pro calice  
pugnarent, eos sola consensus orbis Christiani,  
Conciliū universalis auctoritate, & Pontificiæ  
Majestatis reverentia compescerat.

S 2